



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LXIX. Der Markgraf Otto läßt dem Kloster Lehnin ein Wehr im See Netzem frei von aller großen und kleinen Bede, am 14. Mai 1282.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

crucewitz videlicet et villam Buchowe ac campum Oberzlaw, ubi quondam villa fuerat, Cum omnibus attinenciis, agris, lignis, pascuis atque pratis pro trescentis et quinquaginta marcis pecunie numerate. Dedimus quoque Eidem ecclesie sancte Marie et fratribus antedictis bona nominata, sicut Nos ea habuimus, cum omni potestate et jure et omni usufructu propria et perpetuo possidenda. Donamus quoque incolis dictarum villarum omne jus in acquirendis lignis, quod actenus habuerant. Ut igitur hec nostra venditio et donatio per Nos nostrosque successores inuolabilis perseveret, Nec aliquibus super premissis futuris temporibus malignandi occasio tribuatur, Presentem paginam de certa nostra consciencia conscriptam in perpetuum in Euidens testimonium dare fecimus ac sigillorum nostrorum appensionibus roborari, Adhibitis nichilominus testibus Infraascriptis, videlicet honorabilibus viris Bernardo . . . . ., Arnoldo de Jagow, Tzabello de Redingestorp, Hermanno de Carpfowe, Johanne de Crakow, Rodolpho de Slabberstorp, Bartoldo Notario et aliis quam plurimis fide dignis. Actum Brandenburg et datum per manum . . . . . notarii Anno domini Millefimo Ducentesimo Septuagesimo quinto, Quinto Idus Junij.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives, das stellenweise verblühen ist.

LXIX. Der Markgraf Otto läßt dem Kloster Lehnin ein Wehr im See Negem frei von aller großen und kleinen Bede, am 14. Mai 1282.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, Recognoscimus Et tenore presencium protestamur, Quod Religiosis viris fratribus sancti Collegii in Lenin locum piscacionis in stagno Nethcem, qui locus teutonice vocatur were, ob gratiam specialem ab omni exactione precaria dimisimus absolutum, ita videlicet, quod idem locus non solum a magna precarie redemptione, sed etiam ab omni minuta petitionis donatione inperpetuum supportatus habeatur. In cuius rei testimonium et memoriam sempiternam presentes litteras iussimus scribi et tam testium subscriptione quam etiam sigillorum nostrorum appensione confirmari. Sunt autem testes: Dominus Hermannus de carpzow, Dominus . . . . . de valkenrede, Dominus heyfo de . . . . ., Sifridus de Walltoue et quam plures alii fide digni. Datum Lenin anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>. in crastino Beati Seruatii episcopi.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Herr Professor Hefster liest die Jahreszahl 1286. Mir scheint jedoch deutlich 1282 in der Original-Urkunde geschrieben zu sein, womit auch das alte Lehniner-Urkunden-Verzeichniß (Gercken's Cod. VII, 332) übereinstimmt.

LXX. Heinrich von Groben bekennet die Derwitzer Heide vorbehaltlich der dem Dorfe Jütergoz darin zustehenden Gerechtigkeiten von dem Kloster Lehnin zu Lehn erhalten zu haben, am 28. Juni 1284.

Ego Henricus, dictus de Grobene, tenore presencium publice recognosco, quod Venerabilis dominus Johannes Abbas et Conuentus in lennyn miricam, que dicitur Drewicz michi,